



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Examen Confessariorum Repetitum

Schoonaerts, Gregor

Coloniæ Agrippinæ

VD18 14542323-001

§. 10. Circa decimum præceptum quinque.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41226

vel dicendo verum occultum, quod infameret, vel ex loquacitate infamando, vel referendo aliorum mala animo infamandi, vel audiendo, & cooperando infamationi. 3. De secreto revelato absque justa causa, apertione literarum alienarum. 4. De susurratione, seminando discordias, irrisione animo confundendi. 5. De maledictione, animo ut grave malum eveniat, judicio temerario, & suspicione. 2. De injuriis in iudicio ex parte judicis, accusatoris, rei, testis, advocati, procuratoris.

§. 9. Circa nonum Præceptum quinque.

1. **D**E Superbia, an putaverit se habere bona, vel à Deo ex propriis meritis, vel tribuit quæ non habet, vel alios contempsit inordinate. 2. De vana gloria, quando optatur, vel quæritur de re mala, aut malis artibus, aut relatâ ad malum finem. 3. De inobedientia, & ambitione. 4. De gula, an per eam violatum sit præceptum, vel ea quæsita sit cum notabili damno salutis propriae, vel proximi, vel propter eam debita non solvantur.

§. 10. Circa decimum Præceptum quinque.

QUæri potest in fine. 1. An sciat necessaria, & obligationes proprii statûs. 2. An aliquid aliud se offerat memoriæ conscientiam gravans. 3. An doleat generaliter de offensis in custodia quinque sensuum, trium potentiarum, operum misericordiæ. 4. De ingratitudine in reddendis

gratia

gratiis pro beneficiis, recidendo in peccata. §. De periculo peccandi, cui sèpè se exposuit, de dubiis, quæ habuit, an aliquid esset peccatum, & tamen operatus est cum illis. Denique accuset se pœnitens de omni alia re, in qua Deum offendisset, vel fuisset causa, ut alter offenderet, &c.

Nota tamen, quòd hæc omnia, & singula non à quocumque Pœnitente petenda sint, sed prudens Confessarius illa tantummodo interrogabit, quæ probabiliter judicabit esse commissa à suo Pœnitente, cum quo agit, habitâ ratione ipsius statûs, conditionis, & officii: & quando advertit ipsum Pœnitentem ex se satis suam conscientiam exonerare, non debet Confessarius ipsum turbare, & ejus interrumpere Confessionem, nisi omittat quasdam circumstantias explicatu necessarias.

§. II. *Quædam notanda in examine Peccatorum carnalium.*

METHODUM EXAMINANDI IN HAC MATERIA CIRCA DETESTANDÆ POLLUTIONIS PECCATUM DEDIMUS fol. 24. MODÒ QUÆ SPECIALIA OCCURRUNT, ANNEXIMUS.

I. Parcè, & cautè se gerere debent Confessarii in interrogationibus peccatorum carnis cum mulieribus: quia præstat aliquando Sacerdotem minus perfectè peccatum Pœnitentis intelligere, quam vel illi, vel sibi aliquod scandalum creare.

2. Porro